Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26143
Copyright: Admont, Benediktinerstift



28

dictum. O oleum usquêque effusum. Quousque. De celo in
iudeam. & inde in omnem terram cucurrit & de toto
orbe clamat ecclesia oleum effusum nomen tuum;
effusum plane quod non solum celos terrasq; perfudit. s;
aspersit & inferos adeo ut in nomine ihu omne genu
flectatur celestium terrestrium infernorum. 7 omnis
lingua confitetur & dicat oleum effusum nomen tuum.
Ecce xpc ecce ihc utrumque infusum angelis utrumq;
effusum in homines. 7 illos homines qui conputru
erant tanquam iumenta in stercore suo homines &
iumenta saluans quemadmodum multiplicauit
misericordiam suam deus. Quam carum quam uile
Vile s; salubre. Si uile non esset michi non effunderet.
Si salubre non esset me non lucraretur. Particeps
nominis sum. sum & hereditatis. Xpianus sum.
frater xpi sum. Si sum quod dicor. heres sum dei cohe
res autem xpi. Et quid mirum si sponsi effusum est cum
ipse quoque effusus sit. Nã semetipsum exinaniuit
formam serui accipiens. Denique ait. Sicut aqua effu
sus sum. Effusa ẽ plenitudo diuinitatis habitans super
terram corporaliter: ut de illa plenitudine omnes
qui corpus mortis gestamus caperemus. ac utali
odore repleti diceremus oleum effusum nomen tuum.
En quod nomen effusum 7 qualiter & quatinus.
Cur uero oleum. Nam hoc nondum dixi.
In sermone superiore ceperam. s; interuenit
subito aliud quod dicendum uidebatur
quamquam intermiserim ultra quam credidi.
Quod non aliud esse reor nisi quod forte mulier
sapientia misit manum ad colum & digiti eius
apprehenderunt fusum. Nouit enim modicam
lanam uel linum in longum producere filum
atque in tela extendere latitudinem.

nom